The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Philosophia a

cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Philosophia a:

Si qua uera philosophi

dixerunt,

ab eis sunt tanquam ab iniustis
possessoribus in usum nostrum uendicanda.

Augustinus libro II. de doctrina Christiana.

Fons proximus:

Et Augustinus dicit, in II *de Doctr. Christ.*, quod,
si qua vera philosophi

dixerunt,

ab eis sunt, tanquam ab iniustis
possessoribus, in usum nostrum vindicanda.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae*, *Secunda secundae*, 167.1.3 (P. Caramello ed., p.724).

Fons primus:

Philosophi autem qui uocantur si qua forte uera
et fidei nostrae accommodata
dixerunt,
maxime Platonici, non solum formidanda non
sunt, sed ab eis etiam tamquam ab iniustis
possessoribus in usum nostrum uindicanda.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina Christiana*, 2.40 (CCSL 32, K.D. Daur & J. Martin eds., p.73, ll.1-4).